

D. D. MARIJ  
GIURBA  
I. C. MESSANENSIS.  
REPETITIONES DE SVCCESIONE  
FEUDORUM  
INTER ASCENDENTES,  
ET DESCENDENTES MASCULOS.

AD CAPIT. CXVIII. REGIS ET IMPERAT. CAROLI V.  
Ad Illustrissimum, & Reverendissimum Dominum Dominum  
JOANNEM BAPTISTAM DE LUCA Sanctissimi D. N.  
INNOCENTII XI, Auditorem, &c.



LUGDUNI.  
Sumptibus Frat. ANISSONIORVM,  
& JOANNIS POSUEL.

M. D. C. LXXIX.  
CUM PRIVILEGIO REGIS.





ILLUSTRISSIMO ET REVERENDISS. D. D.

J. BAPTISTÆ DE LUCA  
S. D. N. INNOCENTIJ XI.

Auditori, &c.

JOANNES ANISSON FELICITATEM.

**Q**UÆ solent ferme permovere Artis homines nostra, ut libros quos  
prælis committunt suis, viro cupiam Excellenti inscribant sunt;  
vel Personæ dignitas; vel ejus viri mirifica quædam cognitio earum  
rerum qua tractantur in eo quod offerunt volumine; vel profecta in se  
ab eo viro officia humanitatis, quibus se adstrictos vident; ut vicem aliquam  
rependant, quod publicâ illâ significatione grati animi faciunt; vel  
ingenita certè quædam propensio, quâ ultro hunc præ alio sibi sueque Typo-  
graphiæ Patronum eligunt. Atque ita quidem evenire plerumque solet ut  
hæ rationes seorsim, operum dedicationes sibi vindicent singula; contingit  
raro admodum, Vir Illustrissimè, ut ex æquo confluant omnes; numquam verò  
factum putem, ut in eundem magis conspiraverint finem, ac conspirare uni-  
versas in præsentia sentio. Is siquidem tu es, quem, amplissimum munus, quod  
geris, in ipsis penetralibus & quasi in oculis summi Pontificis; ad veri  
honoris apicem evehit; quò te non fortuitus quidam favor; non mos rece-  
ptus promovendi domesticos, sed una extulit perspectissima Fides tua; Pro-  
bitas illibata, & Peritia legum, Canonumque absolutissima, certa denique  
Innocentiæ XI. voluntas; habendi solum apud se viros quos summa vir-  
tutum & meritorum decora dignos præstent qui inserantur ministris Apo-  
stolicis. At enim si ad Argumentum libri decet attendere, an aptum con-  
gruumque sit illi, cujus nomini consecratur; cui, potiori jure quàm tibi offe-  
ratur elucubratio, qua tota de Legibus est? quàm tibi, inquam, quem si sæ-  
culi nostri Papinianum vel Ulpianum dixerò, veris adhuc minora dixerò:  
cum ex illa contentione minùs tibi laudis accedat, quàm antiquissimis illis  
Juris Civilis quasi parentibus, quandoquidem tua tantumdem opera præstent  
operibus illorum, quantum prophanis sacra, humanis divina, pollicis Re-  
gum scitis & legibus, Hierarcharum decreta & sanctiones, terra denique  
cælum ipsum, anteferenda sint. Quanquam eos Juris magistròs multis nomi-  
nibus aliis antecellis, cum qua illi bello quidem ordine tradidere, tu longè

à 2 melius



D. MARI  
GIURBA  
REGII CONSILIARII,

AC JURIS FEUDORUM IN PATRIO  
Messanenſi Gymnaſio Primarij Interpretis, & Collegij Prioris,

REPETITIO.

*In Cap. 118. Caroli V. Imperatoris De Succeſſione Feudorum.*

S V M M A R I V M.

1. Feudorum cognitio ſubtilis, & lucriſa nimis.
2. Feudalis militia campus tertiam Sicilia partem ſolide occupavit.
3. Lites Feudales multae in ſuocedendo, quas diſſimulare Caſarus decipit (in Regno) fuit neceſſaria.
4. Qua methodus hac in repetitione ſervetur.

P R A E F A T I O.

**N** EMINEM ita rerum tu-  
lus expertem, aut in con-  
ventu hominum eodem,  
& impetuum exiſtimave-  
rim, Qui ignoret, jaculato-  
rum primum illud eſſe,  
unum propoſitumque, ut  
collinet, quod ſi id fieri non poſſit, ut quam  
propius fieri poſſit ſcopum perſtingat. Porro  
Universos Juris interpretes, ſive qui de jure  
interrogati domi respondent, ſive per Judi-  
cium Tribunalia cauſas agunt, ſive ex Supe-  
riori loco, proſentunt, Quid ni Sagittarius  
dixerim? Quam perſtigilli ſtudio, ſummaque  
anſiſ contentione, ad ſuas omnes curas, ner-  
vosque intendunt, ut unam rerum agendarum  
veritatem inter vaſtiſſima jurisprudentiae ſpa-  
cia longè, laedque inter Juriconſultorum  
oculos fugientem, & qua ſe inter opinionum  
variaturum anfractus occultantem, qua inter  
rerum, & articuloſum minutias, veſtribus  
atque impedimentis obſepientem, tandem  
aliquando certo lectu perant, conſiciantque.  
Certe ego non tantum mihi atrogavim, ut  
unum me certum maxime verum, germa-  
numque juris, & aequi tramitem allecutum  
parem, quando tot clariffimos Juris interpre-  
tes, tur exercitatiffimos Anteceſſores, qui, &

retroactis ſaeculis, & noſtrorum Patrum me-  
moriam, ſonura cum gloria, ad omnem poſterita-  
tis honorem florere, fateri non puduit in  
inveſtigandis jurisprudentiae intricis arca-  
nis, non ſe certo ductu trahi, ſed errabundo  
veſtigio, nec quiſquam haecenus repertus eſt,  
qui tantum ſibi blandiretur, ut de jure inter-  
rogatus, quantumvis ſolide, accuratèque, &  
ex intamis diſcipline principiis, de propoſi-  
ta re diſſerens ipſam rerum veritatem ſe de-  
prehendiſſe dixerit, omnemque Gordium no-  
dum omnino reſoluſſe, Niſi qui aut extremè  
ſolidus, aut fumum vendere, videri voluerit,  
Itaque cum Illuſtriſſimi Senatus judicium,  
graviffimum mihi viribus meis longiſſime  
impar onus impoſuerit, jura Feudorum inter-  
pretandi, & qui meus eſt in Patriam avor ſa-  
nus dixerim, cum ſuae meae periculo hono-  
rem habere ampliffimi atcinis voluntati,  
quam eorum de me, meiſque in communem  
Patriam ſtudioſiſſe expectationi deſſe, illico bo-  
na ſide ſpendere audio, in meque recipio, ut  
ſi minus in noſtra hac feudalis juris diſcipli-  
na ſcopum ipſum veritatis attingere liceret,  
non tamen longius aberremus.

Materiae quidem dignitas, ac praetantia ea  
eſt, ut mea commendatione crefcere illa non  
multum poſſit. Utilitas tanta & quanta ne ex  
tota quidem jurisprudentiae diſciplina ſpera-  
ri poeſt, cum ut non minus verè, quam ele-  
gantè Jaſon ſcripſit *in praedicta*, Feudorum  
Controverſiae magnos proventus patiant,  
maxima emolumenta, ut Schrader, loquitur,  
*in praedicta*, 3. 4. Alber. verò *in reſert. juris can-  
non. verb. feudum*. Lucriſam Feudorum cog-  
nitionem appellet. Practicabilem Rebaſſ.  
*in arbor. ſua feudal.* & ita uberem, ac lo-  
cupletam, ut vel una feudalis cauſa in am-  
pliſſimas fortunas evehere advocatum poſſit,  
Quae cum alibi vera, tum in noſtro Siciliae